

IN PRINCIPIO

creavit deus celum et terram: Terra autem erat inanis et uacua. et tenebre erant super faciem abyssi: spiritus dei ferebatur super aquas: dixitque deus: fiat lux: et facta est lux: et vidit deus lucem quod esset bona: et divisit lucem a tenebris. appellavitque lucem diem: et tenebras noctem: factumque est vespere et mane: dies unus. **11**

Quod et quoque deus: fiat firmamentum in medio aquarum: et dividat aquas ab aquis: et fecit deus firmamentum: et divisitque aquas que erant sub firmamento ab his que erant super firmamentum: et factum est ita: et vocavitque deus firmamentum celum: et factum est vespere et mane dies secundus. **111**

Dixit vero deus: congregentur aque que sunt in celo in locum unum: et appareat arida: factumque est ita: et vocavit deus aridam terram: congregationemque aquarum appellavit maria: et vidit deus quod esset bonum: et ait: germinet terra herbas viventes et faciant semina: lignumque pomiferum faciens fructum iuxta genus suum: cui seminum semetipso sit super eum: et factum est ita: et protulit terra herbas viventes et afferentem seminum iuxta genus suum: lignumque faciens fructum: et habentium quodque seminum secundum speciem suam: et vidit deus quod esset bonum: factumque est vespere et mane dies tertius. **1111**

Quod et autem deus: fiant luminaria in firmamento celi: ut dividant diem ac noctem: et sint in signa: et tempora: dies et anni: et luceant in firmamento celi: et illuminent terram: et factum est ita: fecitque deus duo magna luminaria: luminare maius ut precesset diem: luminare minus ut precesset noctem: et posuitque deus in firmamento celi ut luceant super terram: precessetque diem ac noctem: et dividerent lucem ac tenebras: et vidit deus quod esset bonum: factum est vespere et mane dies quartus. **v**

Quod et etiam deus: producanturque repale anime viventis: et volatiles super terram: sub firmamento celi: et creavitque deus cetum grandia: et omnem animam viventemque: et morabile: quod producanturque anime in species suas: et omne volatile secundum genus suum: et vidit deus quod esset bonum: benedixitque eis dicens: Crescite et multiplicamini: et replete aquas maris: et auclique multiplicentur super terram: et factum est vespere et mane: dies quintus. **vi**

La création Genèse 1 à 3 La bible de Souvigny

Avec l'aimable autorisation
de la Médiathèque de Moulins
communauté
B031906101_MS_001




















Réalisation Catéchèse Par la Parole
Modules Création et Bartimée